EUSEBIUS CAESARIENSIS
Österreich, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 22v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26122
Copyright: Admont, Benediktinerstift



x. Vt agrippa et herodes aplos persecuti diuinam continuo sentire uindictam.
xi. De Theuda qui deprauauerat populum. xii. De Helena regina adiabenorum.
xiii. De Symone mago. xiiii. De predicatione apli petri apud urbem romam.
xv. De Euglio secundum Marcum. xvi. Vt primus Marcus per egyptum xpi noticiam predicauit.
xvii. Qualia de abstinentibus apud egyptum phylo scribit. xviii. Quanti phylonis
ad nos peruenerint libri. xviiii. Cuiusmodi clades compresserint iudeos ipso die
pasche. xx. Qualia etiam sub nerone ierosolimis gesta sunt. xxi. De egyp
tio cuius actus aplorum faciunt mentionem. xxii. Quemadmodum de iudea
paulus romam missus in uinculis omni culpa liberatus sit.
xxiii. Vt sit passus iacobus qui dominum fratrem est dictus. xxiiii. Quod post Marcum primus episcopus
alexandrine ecclesie ordinatus sit annianus. xxv. De persecutione ne
ronis sub quo paulus ac petrus pia confessione decorati sunt.
xxvi. Vt innumeris iudei malis afflicti sunt. ac nouissime contra
romanos arma mouerunt. Explicuunt capitula libri Secundi.

Incipit liber Secundus ecclesiastice hystorie.

Quecumque oportuit uelut in principiis ecclesiastice hystorie
designari. siue de diuinitate saluatoris. siue de antiquitate
nostre religionis. ac uetustate doctrine. et ut olim tradi
ta sit christianorum. que nouella uidetur institutio. sed et de aduentu ip
sius domini et sal[illegible]uatoris nostri nuper impleto ac passionibus consumato.
de aplorum quoque electione superiore libello. quanta potuimus breuitate
perstrinximus. age iam nunc que etiam post ascensionem eius consecuta sunt uide
amus. partim diuinarum scripturarum testimoniis edocentes. partim
et extrinsecus ex his que fideliter incommentariis qui ad memoriam
posteritatis inuenti sunt. comperimus adprobantes. Primus igitur in